



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in Const. Alexandri VII.  
Felicis, Form. XLVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

„ dem Clausuræ includi, vel dividi o-  
„ minino faciant, si verò sint extrà septa,  
„ vendi, pretiumque in Monasterii uti-  
„ litatem converti; nec in posterum alia  
„ similia aptari, ædificari, aut emi per-  
„ mittant. Quod si infra dictum termi-  
„ num Superiores Regulares præmissa  
„ cum effectu non adimpleverint, tenea-  
„ tur Ordinarius loci, tanquam Sedis  
„ Apostolicæ Delegatus, illa adimplere,  
„ & omnino exequi, etiam invocato si  
„ opus fuerit Brachii sacerdotalis auxilio.

„ §. 7. Veruntamen si Monasterium  
„ Sanctimonialium sit extrà mœnia Ur-  
„ bis, vel Oppidi, & Monasterium Re-  
„ gularium Virorum, quibus Moniales  
„ sunt subjectæ, sit intrà dicta mœnia,  
„ vel è converso, habeantur, vel con-  
„ ductantur, si commodè fieri possit,  
„ mansiones ad usum Confessarii, quæ  
„ non sint conjunctæ, seu contiguæ ipsi  
„ Monasterio Monialium, sed ab eo pe-  
„ nitùs disjunctæ, non solum per parie-  
„ tes, sed etiam per tecta: sin autem u-  
„ trunque Monasterium sit intrà mœnia,  
„ & unum ab altero Episcopi judicio  
„ multum distans, tunc habeantur, vel  
„ conductantur hujusmodi mansiones, ut  
„ suprà distinctæ, & separatae à Mona-  
„ stero Monialium, distantia ab ipso  
„ Episcopo recognoscenda, & approban-  
„ da; ita tamen, ut in mansionibus

„ Confessoris, sive intra, sive extra me-  
„ nia constitutis, excepto Confessore  
„ cum suo Socio, aliis Regulares, etiam  
„ si Superiores sint, minimè perno-  
„ etent.

„ §. 8. Si quis verò prædictorum Re-  
„ gularium aliquid contrà præsentium te-  
„ norem facere, vel moliri præsumperit,  
„ aut adimplere neglexerit, ipso facto  
„ penara excommunicationis, & priva-  
„ tionis omnium officiorum, quæ obti-  
„ net, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa,  
„ vel alia in posterum obtainenda, vocif-  
„ que activæ, & passivæ absque alia de-  
„ claratione incurrat. Et nihilominus  
„ nullis privilegiis, & exemptionibus  
„ tueri se possit, quominus ab Episcopo  
„ loci, tanquam ad hoc Sedis Apostoli-  
„ cæ Delegato quoties, & quando opus  
„ fuerit, corrigi, & puniri valeat.

Quare constito Episcopo de hujus Bul-  
læ transgressione, poterit, vel Regula-  
res excommunicatos denunciare, vel jux-  
tâ sibi traditam facultatem alio modo pu-  
nire: aut si sibi expedire videatur eos ex-  
communicare: cum certum sit, quod ex-  
communicatus à jure, possit denuo ex-  
communicari à Judice, c. gravem 53. ibi-  
que gloss. verb. promulgare de sent. excom.  
Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 39. n. 110. si  
primum remedium eligat, ad declarato-  
riam veniat modo sequenti.

### Sententiae Declaratoriaæ.

### F O R M U L A L X V I .

**H**abita relatione nostri Promotoris Fiscalis de illico ingressu P.N. Provin-  
cialis Ordinis N. (sive Confessarii) in clausuram Monasterii Sanctomialium N. hujus nostræ Diæcesis sibi subjecti, sequito sub die..... absque ulla  
nostra præsentia, & participatione: constitoque nobis annum à die ultimæ Vi-  
sitationis sui Antecessoris nondum esse completum: dicimus, & declaramus  
ipsum prænominatum P.N. Provincialem incurrisse in excommunicationem  
contentam in Bulla Alexandri Papæ VII. quæ incipit *Fælici*, & propterea esse  
publicè denunciandum, ut ab omnibus evitetur, prout nos denunciari manda-  
mus omni &c.

N. Episcopus N.

N. Ad Quartus.  
SUM.

## S U M M A R I U M .

- 1 Delinquens mitius punitur in omitendo, quam committendo, & mitius contra eum agitur per viam inquisitionis, quam accusationis.
- 2 Confessarius Regularis Monialium, non potest ingredi clausuram pro sepultura, benedictione Cellarum, vel exorcizzanda moniali.
- 3 Exorcizatio Montalis à quo, & quomodo, & in quo loco sit facienda,

- demonstratur.
- 4 Signa Monialis Energumenæ referuntur, & n. 5.
  - 6 Dæmones Deo permittente, afficiunt corpora hominum variis morbis.
  - 7 Causæ, ob quas Deus permittit Mulieres energumenas fieri, referuntur.
  - 8 Superior Regularis transgressor Bullæ Alexand. VII. an censuris ab Episcopo comminatis appellat, offendit.

## Sententiae Declaratoriae.

## F O R M U L A   X L V I I .

**H**IC auctoritate ordinaria, quam delegata, ut ab omnibus evitetur, denunciatur, & declaratur excommunicatus majori excommunicatione P. N. Provincialis Ordinis N. ex eo, quia anno nondum completo à die ultimæ Visitacionis Monasterii Monialium N. nobis inconsultis, ingressus fuit cum Sociis Claustram dicit Monasterii contra formam, & prohibitionem expressam Constitutionis Alexandri Papæ VII. que incipit *Fælici*. Quare &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

## V E L

**C**on autorità tanto Ordinaria quanto delegata, acciocché sia da tutti evitato si denuncia, e dichiara scomunicato di l'communicata maggiore il P. N. Provinciale dell'Ordine N. perche non essendo ancor compito l'anno del giorno dell'ultima Visita del Monastero delle Monache N. senza nostra saputa, e la nostra presenza, è con i Compagni entrato nella Claustra di d. Monastero, contro la forma, e proibizione espræssa della Costituzione d'Alessandro Papa VII. che comincia *Fælici*. Che però &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Attuario.